Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

citum sicut locutus sum per os
clamabant prophete priores di
centes. hec dicit dns exercituum
Convertimini de viis vestris mal
et de cogitationibus vestris pessimis
et non audierunt neq; attende
runt ad me dicit dns. Patres
vestri ubi sunt et prophete. Numq;
in sempiternum vivunt. Verumtam
verba mea et legitima mea q
mandavi servis meis prophetis:
Nunquid non comprehenderunt pa
tres vestros. et conversi sunt et dixe
runt. Sicut cogitavit dns exer
citum facere nobis secundum vias nos
tras et secundum adinventiones nos
tras. fecit nobis. In die vicesima
et quarta undecimi mensis
sabbathi in anno secundo darii
factum est verbum dni ad zacha
riam filium barachie filii addo
prophetam dicens. Vidi per noctem
et ecce vir ascendens super equum
russum. et ipse stabat inter myrte
ta que erat in profundo. et post
eum equi russi varii et albi. et
dixi. Cui sunt isti dne mi. et di
xit ad me angelus dni qui loq;
bat in me. Ego ostendam tibi q
sunt hec. et respondit vir qui
stabat inter myrteta et dixit. Is
ti sunt quos misit dns: ut per
ambulaverint terram. et respondi
erunt angelo dni qui stabat inter
myrteta: et dixerunt. Perambu
lavimus terram: et ecce omnis
terra habitat et quiescit. et re
spondit angelus dni et dixit:
Dne exercituum usquequo tu non mi
seberis hierusalem et urbium iuda
quibus iratus es. Iste iam sep
tuagesimus annus. Et respo
dit dns angelo qui loquebatur
in me verba bona: verba consolatoria. et dixit ad me angelus
qui loquebatur in me. Clama di
cens. hec dicit dns exercituum.
Zelatus sum hierusalem et sion ze
lo magno et ira magna ego
irascor super gentes opulentas
quia ego iratus sum parum: ipse
adiuverunt in malum. Propter hoc
dicit dns. Revertar ad hierusalem in
misericordia et domus mea edi
ficabitur in ea ait dns exercituum:
et pondiculum extendetur super
hierusalem Adhuc clama dicens. hec
dicit dns exercituum. Adhuc af
fluent civitates mee bonis: et consolabitur adhuc dns sion: et
eliget adhuc hierusalem. Et levavi
oculos meos et vidi: et ecce
quatuor cornua. et dixi ad angelum
qui loquebatur in me. Quid sunt
hec. et dixit ad me. hec sunt
cornua: que ventilaverunt iudam
et israhel et hierusalem. Et ostendit
michi dns quatuor fabros et dixi
Quid isti venient facere. Qui autem
dicens. hec sunt cornua q ventila
verunt iudam per singulos viros:
et nemo allevavit caput
suum. Et venerunt isti deterrere
ea: ut deicant cornua gentium
que levaverunt cornua super
terram iuda:

Et levavi oculos meos
et vidi: et ecce vir et in
manu eius funiculus mensu
rum. et dixi. Quo tu vadis. Et di
xit ad me. Ut metiar iudam et
hierusalem. quanta sit latitudo eius
et quanta longitudo eius Et ecce an
gelus qui loquebatur in me egredi
ebatur: et alius angelus egredi
ebatur in occursum eius: et dixit